



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XLI. De exceptionibus modificativis, quæ admittuntur etiam post rem
judicatam; Puta superventi novi tituli; Vel transactionis; Aut alterius
novationis; Sive melioramentorum, aliarumque ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74090)

nis, non autem circa istam, dum eius partes solum sunt in exequitione citationis, eiusque notificatio-
ne decif. 35. par. 11. Quare manifestus est error, pu-
nitione quoque dignus, illorum exequitorum de
partibus, non solum specialem, sed etiam illorum,
qui sub genere personarum in ecclesiastica digni-
tate existentium, deputantur dum assumendo mun-
nus delegati Apostolici, ad censuras procedunt; Et
quod peius est, non solum id agunt quando agatur
de formalibus exequitorialibus, sed etiam ubi de
simplicibus monitoriis Auditoris Camere, vel de
inhibitionibus Rotalibus, ac de illis expeditioni-
bus, quae in substantia aliud non important, nisi
simplicem citationem, advertitur etiam in relatione
Curia decif. 34.

Et quoniam illi, qui factis non parere satagunt,
verbis autem id agere curant, ad evitandam contu-
maciam, atque ut ita in longum protractant, ac im-
pediant, ne ad istam speciem exequitionis deveni-
atur, comparendo, aliquos verbales obedientiae
actus faciunt; Hinc proinde quæstiones frequenter
intrants, & quando dicatur sufficient paritum,
necne; Vel scilicet quia agatur de obedientia suc-
cessiva, unde propterea non sufficiat semel paruisse;
Rot. decif. 376. par. 11. Caesar augustana de Caspe 15.
Januarii 1641. coram Ghislerio. Vel quia paritum sit
circa ipsam rem principalem, putat admittendo
provisum ad professionem beneficii, sive patiendo,
ut viator obtineat rem qua erat in controversia,
sed non pareat circa fructus, vel circa expensas, si
exequitoriales id quoque contineant; Gregor. decif.
36. & 50. Buratt. dec. 947. decif. 347. par. 10. cum
similibus.

Majores autem quæstiones cadunt, super modo
partitionis, an faciliter, & quando sufficiat verbalis,
qua regulariter sufficit in corporalibus, ac juris-
dictionalibus, vel requiratur etiam realis, ut requiri-
tur in corporalibus; Seraph. decif. 754. Buratt. de-
cif. 321. dec. 347. par. 10. dec. 12. par. 11. Sive, an il-
le, qui fecit declarationem verbalem parendi, ha-
beat, necne, mandatum sufficiens quod debet esse
speciale, decif. 220 par. 10. Vel an verbalis declara-
tio super partitione sit pura & sincera, vel potius
equivoca & captiosa, cum ista contumacia potius
augeat, & comprobet. Orthob. decif. 174. Bich. dec.
307. cum similibus, super quibus non de facili statui
potest regula certa & generalis, cum totum pendeat
ex facti qualitate, ac singulorum casuum circum-
stantiis.

Disputari quoque solet, super onere probandi
partitionis affirmativam, vel negativam, cui scilicet
incumbat, Atque intrat distinctione, inter actus pos-
itivos, & negativos; Buratt. & add. decif. 17. 52. 933.
& 947. Rot. dec. 90. 166. & 211. par. 7. Sed pariter
juxta diversas facti circumstantias, id intelligendum
est; Specie principaliter sine vel affectu, sive rei
substantia potius, quam verborum formalitate.

Adhibito demum isto remedio, eoque non pro-
ficiente, adeòdūt inobedientes censuras sustineant,
et si quis non obstantibus, in contumacia, vel inobe-
dientia perseverent; Tunc devenit ad aggravato-
riam, Buratt. & add. decif. 710. decif. 299. num. 3. par.
7. decif. 241. par. 10. Eaque etiam non proficiente,
implorari solet brachium saeculare, Caesar augustana
parochialis de Marello 19. Iunii 1643. coram Gheis-
lerio, vel adhiberi illud Sacrae Inquisitionis, ob suspi-
cionem, quod male sentiatur de fide, ob longam in-
sordescientiam in censuris, earumque contemptu;
Verum & id pariter certam non habet regulam,

sed in singulis casibus ea pendet ex eorum cir-
cumstantiis, ob quas aliquando congruit ad-
hibere leges prudentiales, ad majora inconvenien-
tia evitanda.

De exceptionibus modificativis, quæ
admittuntur etiam post rem judica-
tam; Puta superventi novi tituli; Vel
transactionis; Aut alterius novatio-
nis; Sive melioramentorum, alia-
rumque detractionum; Aut com-
pensationis; Vel retentionis.

S V M M A R I V M.

- D**E exceptionibus modificativis, & quales sint,
ut non impugnetur res judicata, sed impe-
diatur eius exequitio.
- 2 De supervento titulo vitoriis in victimis & de muta-
tione cause possidendi, vel de confusione actionis.
- 3 De materia legitimi contradictoris.
- 4 De exceptione transactionis & eiusque mate-
ria.
- 5 Et de aliis actibus innovativis.
- 6 Quid ubi actus pretendatur nullus ipso jure.
- 7 De exceptione iuris tertii.
- 8 An & quando cedens agat contra debitorem ces-
sum.
- 9 De compensatione, vel retentione.
- 10 De exceptionibus melioramentorum, vel detrac-
tionum, seu non comprehensionis.

D I S C . X L I .

Ultratot in precedentibus insinuatas, dilato-
rias ac peremptorias exceptiones, quæ tam ratione
ordinis, quam ratione justitiae, ad e-
undem tendunt finem, impediendi scilicet, ne judi-
catum exequibile sequatur; Sive quod sequitum
retractetur, & quæ propterea exceptiones contra-
dictoria, vel impugnativæ dicuntur; Dantur etiam
alia exceptiones non contradictoriae, neque im-
pugnativa, sed compatibilis, ac modificativa, qua
posita etiam re judicata, jam perfecta, & validè ex-
equibili, ipsius exequitionis effectum percipiunt;
Itaque sunt de duplice specie; Aliæ siquidem, non
feriunt exequitionis impedimentum in genere,
sed solum in modo, sive in qualitate; Ut scilicet, po-
tius una exequitionis species practicari debeat,
quam altera; Vel ut potius in uno bonorum gene-
re, quam in alio; Sive super modo illam consuman-
di. Et de hac specie agitur. disc. proxime preceden-
ti.

Aliæ vero sunt exceptiones modificativae, qua
admittunt quidem rem judicatam, tanquam vali-
dam, & justam; Atque alias exequibilem, sed ex
aliquo extrinseco accidenti, feriunt eius exequitionis
impedimentum in genere, ut nullatenus sequi
sequi valeat; Sive quod, ex potentia, vel fictione le-
gis, haberi debeat pro jam sequuta, & effectuata;
Adeòdūt altera desideranda veniat res judicata, tu-
per interim exorti accidentalis impedimenti remo-
tione, ut ad exequitionem procedi valeat; Atq; de
hoc

hoc agitur in praesenti, recensendo tamen aliquas hujusmodi impedimentorum, vel exceptionum species, potius demonstrative, quam taxativa, tanquam a frequentiori contingentia, ex quibus argue re licet ad similia, quibus eadem congruat ratio,

Primo scilicet ubi (ut eodem *disc. precedenti* quoque insinuatum est) post rem judicata per mortem naturalem, vel civilem victoris, ex supervento titulo prætentat victus, quod personam victoris quoque induat, adeò ut in eadem persona materiali, fiat toties insinuatus de jure compatibilis concursus duarum diversarum personarum formalium, victi, & victoris, quia scilicet illud jus, ex quo victor, contra eum, judicium instituit, in ipso consolideretur, jure investitura, vel fidei commissi, aut successionis, unde propterea, in instanti cumulationis istarum personarum, sive obventionis novi tituli, cum seipso exequitionem consumasse dicat, per quandam mutationem cause possidendi, qua sine aliqua declaratione expresa, per legem illico facta presumuntur, quoties ista presumptio per contrariam animi declarationem verbis vel factis, exclusa non remaneat, *infra disc. 44.* Vel quod locum habeat imaginaria solutio, sive causilio actionum, que resultat, quando debitor succedit creditori, vel è converso, juxta easque in sua sede habentur, *tit. de credito disc. 40. & tit. de herede disc. 28.*

Si etenim jam defecit illa persona materiali, qua rem judicata obtinuit, Altera detur, que, negando in victo, hujus juris, vel tituli supervenientiam, de illius pertinencia contendat, Tunc controversia esse non dicitur, super ipsius rei judicatae substantia, & exequibilitate, sed ea presupposita, est super commodi pertinentia, Et sic super alio puncto extrinseco, qui est decidendum per aliam rem judicatam, quoties facti circumstantiae suadeant, ut vietus legitimus contradictor in hoc dici valeat; Seclus autem si adeò clarum sit eius non jus, ut frivola potius, atque calumniosa ista exceptio reputari mereatur, idèque non habilis ad illum faciendum, legitimum contradictem, juxta ea que inferius ad hanc materiam legitimus contradictoris habentur, tam in spiritualibus, quam in propria, *infra disc. 43. & 74.* Quare nulla certa, vel generalis regula desuper statu potest, cum non sit punctus juris, ideo potius facti, qui ex singulorum casuum qualitate, & circumstantiis est decidendum.

Altera est species frequentior exceptionis, qua resultat a transactione, sive ab altera specie innovationis, tam circa substantiam, quam circa tempus, vel modum, Siquidem ubi victus de hoc excipiat, Victor autem a clausum impugnet, non in facto, sed in jure, ob eius scilicet in validitatem, vel resolutionem, Sive in facto, ob vitium, quod sit potius latens quam patens falsitatis, cum similibus, Et tunc (exemplificando pro frequentiori contingentia in transactione) agi non potest de exequitione in vim rei judicatae, nisi prius, per alteram rem judicatam, transactione rescindatur istud obstatum tollatur de medio, Cum enim transactionis natura, vel operatio sit extinguere præcedentem item, atque tollere, seu cassare omnia iura, sententias, & acta, adeò ut alia non supersit actio, nisi illa que de novo resultat pro ipsius transactionis exequitione ac observantia *tit. de alien. & contract. disc. 50.* Hinc sequitur, quod si ea impugnatur, oportet super hujusmodi impugnatione, novum instituire judicium, illudque per alteram rem judicatam terminare, ut tanquam per speciem postulat, prior res judicata eius vires, suumque priorem statum reassumat, cum inte-

rim, à transactione vulnus accepisse dicatur, *ibidem & infra disc. 44.* Ad instar illius vulneris, quod obligationi camerali, vel cuiuscumque alteri exequitiae, ac summariae actioni, infert sententia absolutoria, cuius speciem, imo rei judicatae transactio habere dicitur.

Idemque in quocumque alio actu innovativo dicendum venit, dum eadem congruit ratio; Sive ubi in concordia, vel altero actu innovativo (ut præsertim in renunciatione vel cessione jurum contingere solet) non cadat quæstio validitatis, sed altera interpretationis, vel non comprehensio, adeò ut non negetur ipsum factum innovativum, sed eius effectus, cum eadem sit ratio, ut scilicet id quod in quaestione cadit, tanquam præjudiciale, determinari prius debeat rem judicata.

Verum quia, juxta idem insinuatum exemplum vulneris, quod resultat à sententia absolutoria, hujusmodi effectus non producuntur ab illo actu, qui nullus dici mereatur, sive quod pretendatur resolutus, eo pacto, vel conditione resolutiva, que operatur, ac si nunquam initus esset, ex quia, paria sunt, nullum, & nihil; Hinc super isto puncto frequentiores esse solent fori quaestiones, an & quando iste intermedius actus transactionis, vel alterius innovativus, seu præjudicialis conventionis, ita clare invalidus dicendus veniat, ut eo in continentu habito pro non existente in rerum natura, ad rei judicatae exequitionem, tanquam re integra procedi valeat.

In hoc autem, certa regula generalis pariter statui non potest, cum totum penderet à singulorum casuum qualitate, & circumstantiis, ex quibus resultat applicatio solita distinctionis, qua per forenum ora volitat, an scilicet nullitas vel resolutio, sive alia infelicitate dici valeat in continentu probata, vel potius è converso sit turbida, & altioris indaginis; Ut scilicet, primo cau, impedimentum non praestet, neque oporteat illud tollere in altero formalium iudicio, per aliam rem judicatam; Secus autem in secundo *infra eod. disc. 44.* Ista siquidem theorica generalis, abstractè sumpta, vera est, sed punctus difficultatis cadit super applicationem, an scilicet in una, vel in altera distinctionis parte versari dicatur; Idque regulam certainam recipere non potest; Adinstar illius questionis, de qua habetur infra in rubrica iudicii postulat, super competentia interdicti retinenda, seu manutentionis, in vim prioris postulacionis, non obstante illius privatione, vel amissione naturaliter, & de facto, ob factum Judicis, vel ob factum proprium per alienationem; Sive per alium actum præjudiciale, qui invalidus, vel resolutus, aut conditionalis, conditione non adimplenta, & consequenter inutilis pretendatur.

Vel ubi exceptio, non sit super iure proprio, sed super illo tertii, cui pretendatur, quod ex cessione 7 victoris, vel ex eiusdem successione, potius illius actionis exercitum competit, dum pariter intrat eadem distinctione, an ius tertii sit clarum, ac notoriè exclusivum iuris agentis, necne, iuxta ea que supra habentur in rubrica tertii venientis ad causam, *supra disc. 17.* Et præsertim videndum est, an ius tertii sit compatible vel incompatible cum illo actoris, quoniam si est compatible, nil relevat; Ut (ex gr.) contingit in cedente, qui non prohibetur cessa actiones exercere ad commodum cessionarii ad effectum, ut ipsa cessio suum sortiatur effectum, ideoque debitor cessus, ad excipiendum de iure cel-

cessionarii pro impedienda rei judicatae exequitio-
ne admittendus non erit; Secus autem, ubi jus ter-
tii sit incompatibile, cum debitoris interficit solutionem, vel aliud implementum pro eius indemnitate
sequi cum eo ad quem res, vel actio revera pertinet,
ne contingat ad reiteratam solutionem, vel imple-
mentum cogi; juxta illas questiones de quibus in
materia debiti & crediti actum habetur, *tit. de credito*
disc. 58. & 70.

Compensationis item, vel retentionis exceptio,
modificativa reputatur, atque compatibilis cum
rei judicata justitia & validitate, qua non obstante,
illa objici potest ad impediendam exequitionem,
dum non est impedire, vel impugnare, sed potius
implementum supponere, saltem ratione circuitus,
quem lex abhorret, *pluries sub tit. de credito.*

Verum & in hoc pariter certa non cadit regula
generalis, cuicunque casui applicabilis, cum pen-
deat à qualitate crediti, vel juris, de cuius compensa-
tione oponatur, vel saltem de retentione, quæ
assistente exequitate, præsertim de recepto Curie sty-
lo, admitti solet, etiam in casibus, in quibus de stric-
ta iuri censura compensationi locus esse non de-
beat, *tit. de credito disc. 60. num. 8.* An scilicet con-
currat liquiditas, quæ uni vel alteri remedio locum
præbeat, ex his, quæ in debiti & crediti materia, tan-
quam in propria sede, in hoc proposito compensa-
tionis, vel retentionis habentur, *tit. de credito disc.*
46. 47. 60. & seq. Idque etiam confert ad ea, quæ
discursu proxime sequenti habentur, circa exceptiones
aptas impedire judicium, seu processum ex-
equitativum, cum omnia sonent in idem, eandemque
habeant rationem, ac propterea quæstio non est
juri, sed facti & applicationis.

De rectione item exceptio, de eadem specie
censenda est, vel altera non compræhensionis, alia-
vè similes, quæ modificationem potius, quam im-
pugnationem sapient; Et inter quas frequenter
est solet exceptio melioratorum, circa quæ ca-
dunt distinctiones, inter separabilia, & inseparabili-
a; Ac etiam respectu inseparabilium, an de illis op-
positum sit in tempore oportuno, & an ea probata
fuerint in genere, & in specie; Sive au refectio, vel
retentio, proveniat ex dispositione, vel exequitate juris,
vel potius ex corpore eiusdem rei judicata,
qua nempè in sententia, vel in sententiis deman-
detur corum refectio per ablativum absolutum,
tanquam per speciem conditionis; Ac etiam data
justificatione in genere, & in specie, super modo
illa reficiendi, an scilicet id quod expensum, aut
quod melioratum; Vel an & quando intret compen-
satio cum fructibus, vel cum deteriorationibus, cum
plerisque aliis similibus distinctionibus, ac inspec-
tionibus; Verum quia de his in plerisque sedibus
actum est, præsertim vero, magisque ex professo in
propria sede detractum; In qua & in altera fidei-
commissorum quoque actum est de aliis speciebus
detractum, ac separatione bonorum, & simili-
um, quæ veniunt sub hoc genere modificativa-
rum, non autem impugnativarum exceptionum,
qua propterea sunt compatibilis cum re judicata,
eaque non obstante opponi possunt; Hinc proin-
de cum ibi commodè videri possint, superfluitatis
vitium effet ex integro in præsenti realsumere,
tit. de legitim. & detract. disc. 35. tit.
de fideicommiss. disc. 197 seq.

& alibi.

* *

*

Card. de Luca de iudicis & judicialibus.

De Iudiciis exequutivis in actione per-
sonali, in causis prophanicis, vel indif-
ferentibus, in quibus casibus intrent;
Et præsertim de illo exequutionis
obligationis in forma Cameræ A-
postolicæ.

S V M M A R I V M.

- 1 D E regula quod omnes cause sunt ordinariae, & appellabiles non autem exequivæ, nisi in casibus expressis, & limitatis.
- 2 Quod certa regula statui non valeat super iudicis exequutivis.
- 3 Instrumenta publica etiam iurata cessante statuto, vel pacto non habent viam exequutivam,
- 4 Etiam si agatur favore dotis, vel pœ. cause, & quando secus.
- 5 Contraria tertium non datur processus exequutivus, & quando fecus.
- 6 Quid contra heredem, & quando iste teneatur de proprio, & in processu exequutivo.
- 7 Quid dicatur proprie tertius.
- 8 Quid de donatario universaliter & particulariter.
- 9 Quando exceptiones sint aptæ ad retardationem huius processus exequutivi.
- 10 De exceptione resultante ex ventre eiusdem scriptura, sive de illa que oritur ex viuo patenti, vel latente.
- 11 De exceptione que consistat in puncto iuris, vel in facto.
- 12 Exceptio fideicommissi dubii regulariter non retardat in exequutivo.
- 13 Quis sit Index in causis exequutivis in Curia, & qui sint Iudices Curiae.
- 14 Auditor Camere est exequitor obligationis cameralis privative.
- 15 Item procedit exequutivè inter mercatores.
- 16 Et de aliis casibus, in quibus ita procedit.
- 17 De Thesaurario generali.
- 18 An & quando Rota procedat exequutivè, & de communicatione facultatum A. C. quando fit necessaria.
- 19 Quid de Tribunalis Camere.
- 20 De Congregationibus, & præsertim de illis Baronum.
- 21 De modo procedendi in iudicio exequutivo.
- 22 Proceditur per decretum interloquitorum, à quo reponi potest, & quando per sententiam.
- 23 Non admittitur appellatio suspensiva.
- 24 De obligatione camerali, eiusque exequitione, & an censetur adiecta, si non legitur, & de aliis ad rem.
- 25 Quod debeant aboliri formalitates.
- 26 Quod Iudices debeant abstinere absentiis ab solutoriis.
- 27 De literis cambii, & de aliis iudicis exequutivis.
- 28 De Ritu Magnæ Curie Vicarie Neapolis.
- 29 De obligationibus penes acta.
- 30 De aliis in materia exequutionis.
- 31 An sint profici, vel novici libri, qui præsumuntur.